



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Annotationes quinque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

deuotionis vel boni cuiuslibet spir-
tualis maior accessio.

Hic erit contemplationi per col-
loquium imponendus finis, sicut
prioribus ; adie^cto itidem Pater
noster.

N O T A N D A I N S V P E R
sunt haec quinque.

PRIMVM, quod tam in hac, quam
in qualibet sequente hebdoma-
da, nullum debeo legere, vel co-
gitare aliud mysterium , nisi quod
eadem hora, aut die considerandum
sit , cum alioquin vnum alteri ob-
turbet.

SECUNDUM , quod primum de In-
carnatione Christi exercitium , fit
media nocte ; proximum, diluculo ;
tertium, circa horā Missæ ; quartum,
sub vesperas ; quintū, paulo ante cœ-
nam : & eorum cuilibet , spatium

im-

impendetur vnius horæ. Id quod abhinc deinceps ubique venit obseruandum.

Tertium: quod si is, qui exercitatur, sit senex, vel valetudinarius, vel per hebdomadam primam viribus attritus, præstat euim aliquoties non surgere de nocte, sed tres tantum contemplationes peragere, in aurora, circa Missæ tempus, & ante prandium: superaddita circa vesperas vna repetitione, & sensuum applicatione, ante cœnam.

Quartum: quod in hac hebdomada secunda, ex decem additionibus in prima traditis, variari debent secunda, sexta, & septima, cuim decima ex parte. In secunda quidem, hoc mutatur; quod simul atque excitor à somno, meditationem proximè instantem, debeo menti obiicere, ac desiderium prouocare, cognoscendi clarius incarnati æterni Verbi, vt

ipfi

ipſi ſeruiam , & adhærefcam tanto propensijs, quanto incredibiliorem erga me bonitatem eius perspexero.

In ſexta vero; vt frequenti verſem memoria vitam CHRISTI à tempore Incarnationis ad locum uſque, ſive mysterium, de quo in præſenti die, vel hora ſum meditaturus.

In septima; vt luce, vel obſcuritate, ſereno cœlo, vel turbido deleſter, quatenus ad ſcopum refert deſideratæ rei, pertingendum.

In decima, vt ita me geram, ſicut exigere videtur mysterij cōtemplandi genus: cum nonnulla ex mysteriis pœnitentiam requirant, alia non item. Decem igitur additionibus utendum erit circumſpecte.

QVINTUM est uultimo notandum: quod in omnibus aliarum horarum (præterquam noctis mediae, & auroræ) exercitiis affumendum erit aliiquid, quod ſecundæ, & tertiae ad-

ditio-

ditioni æquualeat; hunc in modum: vbi primum in mentem veniet, adesse meditandi horam priusquam accedam, prospiciam eminus, quod ferar, & coram quo sim apparitus, ac trans cursa obiter exercitij oblati parte, contemplationem statim auspicio bor.

IN SECUNDA DIE; argumentum prima & secunda contemplationis, erit CHRISTI presentatio in templo; de qua infra pag. 154. & ^m fuga in Ægyptum; de qua pag. 155.

SVPER duabus his contemplationibus sicut repetitio duplex & sensuum applicatio, ut supra.

NOtandum, quod expedit non nunquam eum, qui exercitatur, quamuis & vigore animi, & corporis robore sit praeditus; non nihil ta-

men